

Vir Magnifice, Maxime Reverende  
 et Excellentissime,  
 Consiliarie Regie et Ducalis in  
 Sacris Primarie,  
 Domine et Patrono omni Honoris  
 et obsequentis cultu prosequende.

Cum benignitatem Tuam plane singu-  
 larem et prope incredibilem nuperrime  
 expertus sim, majores me gratias agere  
 non possum credo, quam si nullas agere  
 me posse ingenuè confitear. Habebo  
 autem gratias simul atque nonnihil sti-  
 pendii, animique grati declarandi et  
 facultatem et occasionem. Tuo po-  
 tissimum, Patrone certissime, beneficio  
 nanciscar. Neminem fugit Dn.  
 Pro-sancellarii nostri filio Te centum  
 Imperiales quotannis ei persolvendo  
 a Smo et Clementissimo FRIDE-  
 RICO nostro impetravisse. O si  
 parem mei rationem habere propediem  
 velles! O si commodo utilitatique  
 mee pariter consuleres, mihi impertires  
 quaecunque ad constituendas fortunas me-  
 as facere posse videbuntur. Certe

non parum multos eosque maxime neces-  
sarios libros e Philologica Carpzovii  
adilij Bibliotheca praconij voci pro-  
pediem post alios ejdem libros subji-  
cienda ad usum meum comparare,  
et id omni studio agere vellem,  
ut omnes intelligerent, posse me tantum  
beneficium agnoscere et digne estimare.

Seo facundi verbis, factis, stentis, oratione pro-  
digi, re parvis promissis divites, opere  
ipso pauperes plerumque esse perhibentur.  
Itaque reapse id declarare, quam pluribus pot-  
liceri malim, Tuam Patrone Summe  
Caudabilem, consuetudinem imitaturus.

Orationem meam inauguralem Jo. Senici Parrha-  
sianis potissimum oppositam quam malo et  
suis committam et Summo Principi Summi-  
tate sacro, itemque de Pueris doctis a  
Bailletto omittis tractatum propediem expecta.  
Interea Pro R. nostri et Affinis mei car-  
men ad obsequium Summe Isti, perlege si vacat  
et libet, Per illustrium Ann. de Wedderopet  
Bar. de Konigstein singulararem in me beneficen-  
tiam fovere non desine, Tuamque mihi bene-  
volentiam conserva, et Vale ut  
valeam Tui;

Kilonii d. 3. Mart. 1707.  
D. Sr Magnifice,  
Patrone omni obsequii  
cultu devenerande,

Optima Parens se filiosa  
altenon Magnificentia Jo.  
Sra favori de nota meliore  
commendat.

observantissimus  
Sebat. Kortholt.

Viro Magnifico  
Maxime Reverendo et Excellentissimo  
Domino

DN. JO. FRID. MAYERO,  
S. Theol. D. et Prof. ord. celeberr.  
Potentiss. Svecorum Monarchae et  
Reverendiss. Abbatisse Quedlinburg.  
Consiliarie in Sacry Primate

Patrono meo omni honore cultu  
devenerando

Franciò

Hamburgum